

# HERMANNI CONTRACTI

SEQUENTIA

## DE BEATA MARIA VIRGINE <sup>(1006)</sup>.

(Apud Danielelem, *Thesaurus hymnologicus*, tom. III, pag. 30.)

1. Ave, præclara maris stella, in lucem gentium, A  
Maria, divinitus orta.

2. Euge, Dei porta, quæ non aperta, veritatis lumen, ipsum Solem justitiæ, indutum carne, ducis in orbem.

3. Virgo decus mundi, Regina cæli, prælecta ut sol, pulchra lunaris ut fulgor, agnosce omnes te diligentes.

4. Te plenam fide, virgam almæ stirpis Jesse nascituram, priores desideraverant patres et prophætæ.

5. Te lignum vitæ, sancto rorante pneumate parituram divini floris amygdalum, signavit Gabriel.

6. Tu Agnum, regem terræ dominatorem, Moab-  
tici de petra deserti ad montem filiæ Sion tra-  
duxisti.

7. Tuque furentem Leviathan, serpentem tortuo-  
sumque et vectem collidens, damnoso crimine mun-  
dum exemisti.

8. Hinc gentium nos reliquiæ, tuæ sub cultu memo-  
riæ mirum in modum quem es enixa propitiatio-  
nis Agnum, regnantem cælo æternaliter, devocamus  
ad aram, mactandum mysteria liter.

(1006) Hoc carmen Hermanni, quod cum in Assump-  
tione tum in omnibus festivitibus B. Virginis decan-  
tabatur, quavis et veterum laudibus insigne  
et in libris ecclesiasticis sit creberrimum, me iudice  
palma ferre omnino nequit. Longiores stropharum  
ambitus a sequentiarum indole alieni turbant lecto-  
rum animos, displicet obscura atque confusa ver-  
borum ac sententiarum conformatio. Germanicam  
fecit cantionem monachus Salisb. *Ich gruss dich  
gerne meresterne aller christenheit, zu got uns beleit*  
(Hoffmann D. K. S. 145) ac Sebast. Brandt: *Ave  
durch leuchte Stern des meres*, etc. (Wackernagel. p.  
124.) — 1. Is. XLII, 6. *Et dedi te in sœdus populi, in  
lucem gentium.* Ad.: *Maria scribitur quinque lit eris  
in quibus quinque mysteria beatæ Virginis designan-  
tur. Per litteram M intelligitur mediatrix; secunda est  
A, per quam intelligitur auxiliatrix. Tertia littera est  
R, per quam intelligitur reparatrix; quarta I, per quam  
intelligitur illuminatrix, quinta A, id est adjutrix.* —  
2. M. II. *cæli porta*, vox ex hymno: *Ave, maris stella  
desumpta*, quem Hermannus in duobus primis clau-  
sulis imitatur. De porta non aperta Wack. p. 61.  
*Ezechies porte, Diu nie wart uf getân, Dur die der  
kûnc herliche Wart ûz und in gelân.* — 3. M. 14,  
*fulgur.* Cantic. vi, 9. *Quæ est ista, quæ progreditur  
quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut  
sol.* — 4. Fidem habuit Maria sermone Gabriëlis:  
porro docet Gregorius in passione Domini omnes  
apostolos fidem pene amisisse, Mariam tamen in  
fide stabilem permansisse, ac resurrectionem Domini  
ut certissimum quid expectasse. M. II. Ad Torr.

9. Hinc manna verum Israelitis veris, veri Ab-  
rahæ filiis admirantibus quondam Moysi quod typus  
figurabat: jam nunc abducto velo datur perspici.  
Ora, virgo, nos illo pane cæli dignos effici.

10. Fac fontem dulcem, quem in deserto petra  
præmonstravit, degustare cum sincera fide, reves-  
que constringi lotos in mari, anguem æneum in  
cruce speculari.

11. Fac igni sancto Patrisque Verbo quod, rubus  
ut flammam, tu portasti, virgo mater, facta pecu-  
pelle discinctos pede, mundos labiis cordeque pro-  
pinquare.

12. Audi nos, nam te Filius nihil negans honorat.

13. Salva nos, Jesu, pro quibus Virgo Mater te  
orat.

B 14. Da fontem boni visere, da puræ mentis oculo-  
los in te deligere.

15. Quo hausto, sapientiæ saporem vitæ valeat  
mens intelligere,

16. Christianismi fidem operibus redimire, beato-  
que sine ex hujus incolatu, sæculi auctor, ad te  
transire.

*desideraverunt.* — 5. Ad.: *In ligno quod erat in pa-  
radiso ortum est peccatum parentum nostrorum, sic  
opposito modo Maria lignum vitæ resuscitavit, quando  
Salvatorem mundi produxit.* Sed rectius lignum vitæ  
ad ipsam Mariam referendum cum Seb. Brandt, ita  
Teutonice cantante: *Dich, holtz des Leben, aus  
thau vom hymmel umgeben hat gefeuchtet, erleuch-  
tet der geyst der feyst mandell verkündet Gabriel.  
Rorante pneumate.* Amat Ecclesia imaginem desump-  
tam de vellere Gedeonis, rore per miraculum ma-  
dente, Judic. vi, 36 sq. Sæpissime adhibita est in  
carmibus Teutonicis, Wack. p. 101: *Maria klar  
du pist fürwar figurlich woll pedeutenn Das kützfeld  
fron, das Gideon Von got siglich zu streiten Betzick-  
net wart.* Christum infantem sapius appellari amy-  
gdalum, hoc tibi pateat ex loco Numer. xvii, 8:  
*Regressus Moses invenit germinasse virgam Aaron  
in domo Levi; et turgentibus gemmis eruperant flores,  
qui foliis dilatatis in amygdalos deformati sunt.* Virga  
est typus Mariæ, amygdalus Christi. Audias denique  
nostræ gentis poetas. Wack. p. 56: *Inin erde leite  
Aaron eine gerte din gebar mandalon. Nuzze alsô  
edile: Die suezze hast du sure brath Muoter ône  
mannes rât, Sancta Maria, p. 634, hinacht het biagt  
herr Aarons rut, da us ihr mandels fruthe zent — dis  
ist gesin die maget gut u. s. w.* — 6. Ita Isaias in  
vaticinio contra Moab (xvi, 1) *Emitte Agnum, Do-  
mine, dominatorem terræ de petra deserti ad montem  
filie Sion.* Hoc prophætico sermone prætermissio,  
mirifice sudarunt interpretes multaque inania ex-  
cogitarunt. — 7. Is. xxvii, 4: *In die illa risiabi*